

## USUS E VERSU XIV.

(1) Deus novit constitutionem nostram perfectissimè: adeoque nec plura requirit, nec plura imponit, quām quod filii ipsius ( alia irregenitorum ingratorumque ratio, à quibus totum reposcitur debitum, Matth. XVIII, 34.) ferre queunt: 1. Corinth. X, 13.

(2) Meminerimus etiam nos ip̄si, pulvereos nos esse; Gen. II, 7. III, 19. XLIX, 19 adeoque cœcamus fatum, securitatem, &c.

## USUS E VERSU XV.

(1) Gramen floresque agri semper nos commonefaciant statu proprii. Quid jucundus horum aspectus contra grandinem, ventos, falcem, &c. quid tua, o homo, formositas contra mortem? quam cito, irreparabiliter, totaliter eadem nos pessundat? Huc

[2] Vite dierumque nostrorum brevitas & incertudo: Ps. XXXIX, 7. &c.

## USUS E VERSU XVI.

(1) De ventis physice.

(2) Mortis violentia, inopinus ortus, temperiei omniumque mutatio, nec non adjuncta & effecta alia per B Ventos exprimuntur egregie.

(3) Ex oculis hominum eripimur per mortem penitus, ne vestigio quidem superstite.

## USUS E VERSU XVII.

(1) Gratia Dei caret initio ac fine, non instar byenis verisque suas patitur vices, sicut in hominum peccatis, non degenerat in tedium, sed semper bene cupit mortalibus? Exod. XXXIV, 6. 7. Psalm. C, 5, CXXX, 7. De gratia Dei præveniente, concomitante, subsequente, &c. in L. de Deo ibidem

(2) De Dei Justitia.

(3) Haec ipsa & gratia & Justitia est apudpios velut hereditaria, in filios filiorum.

## USUS E VERSU XVIII.

(1) Temeritas summe exitialis est, abuti Dei gratia;

A Sir. V, 4. seqq. cum diserte adeo limiteatur ad federis observatores.

(2) De fœdere vid. L. de pactis, nec non de Baptismo.

(3) Observandum fœdus memoriam, mente, opero.

(4) Recolenda Dei mandata, non ut solum scias, sed ut facias. Multi dicunt, & non faciunt: Matth. XXIII, 3. XXI, 30. Luc. XII, 47.

## USUS E VERSU XIX.

[1] Solium seu imperium Dei ecclœste nil penitus metuere habet ab his terrestribus.

[2] Firmatum est satis: tyranni nil mutabunt, neque demones universi.

[3] Sub se complectitur universa: facere potest, quæ vult: Ps. CXV, 3. CXXXV, 6.

## USUS E VERSU XX. &amp; XXI.

(1) De angelorum natura, robore, ordinibus, sanctitate, obsequio, in L. de Angelis.

(2) Benedicere bi jubentur non per imperium, sed ne nos in hoc officio suos agnoscant socios, nostramque sic reprehendant alacritatem servidam. Vide Jesa. VI, 3. Apoc. IV, 8. Luc. II, 14.

(3) Angeli facientes Dei verbum, vocemque ejus auscultantes promte, excitent in nobis obsequium simile indefessum & sincerum,

(4) Ministrandum Deo pro ratione vocationis & iussorum, Vide Hierarchicos statūs.

(5) Sicut Angeli ministrant hominibus; Gen. XXXI, 2. Ps. XXXIV, 8. Ebr. II, 14. ita nos potius ministrare tenemur proximo: Gal. V, 13. I. Pet. IV, 10.

## USUS E VERSU XXII.

(1) Diversimodè lantant irrationalis & rationales creature.

[2] Loci regiminis divini sunt sene quām plurimi. Nullus locus ad laudes precesque jam ineptus: I. Tim. II, 8.

(3) De laudum officio vid. præc. II.

## C

## PSALMI CIV. DISPOSITIO.

*Magnificus Creator. Cosmographia Davidis. Schola naturæ.*

**I**Xordium Psalmi continet (1) excitationem ad Dei laudes: benedic anima mea Domino: (2) Rationem generalem: valde magnus es: honore atque gloria induitus es; v. 1.

II. Commemoratio magnorum Dei operum quodammodo ad dies creationis respectum habet: ita, ut quoad diem primum recenseatur lucis productio: operiens se luce quasi vestimento: v. 2. Quoad diem secundum: (1) expandit cœlum tanquam aulæum: v. 2. (2) aquis contignavit cœnacula superiora: quibus porro subnectuntur quædam cognata; (3) nubes condidit currum suum: (4) incendit super alis venti: v. 3. (5) angelos suos fecit spiritus, ministrosque ignem flammantem; vers. 4.

Quoad diem tertium: (1) Fundavit terram super basibus suis immobilem: v. 5. (2) Aquas, quæ terram antique operiebant, verbō suo abegit: vers. 6. 7. ita ut (3) montes vallesque locis suis prodirent: vers. 8. (4) Terminalum aquis semel datum fixum decrevit: v. 9. (5) fontes cum fluminibus inter montes decurrentibus, ordinavit: vers. 10. Haec ipsa commendat porro ab usu, pro potandis animalibus, & feris & cicuribus, vers. 11. pro avibus, juxta illa nidalibus cantantibusque: vers. 12. (6) Aquis supernis seu pluvialibus: irrigat montes nec non terram reliquam: v. 13. (7) E terra pro hominibus brutisque producit gramine, herbas, &c. v. 14. item (8) vim atque panem: v. 15. (9) Conservat arbores